



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

XXIV. Extra quatuor temporum ieunia non sunt aliqui ad sacros ordines  
promouendi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

CAP. XXIV. *Idem Herefordensi episcopo.*

Sane super eo, quod moris esse dixisti quibusdam episcopis Scotiæ & \* Galliæ, in dedicationibus altarium vel ecclesiarum extra ieiunia quatuor temporum, clericos ad sacros ordines promouere; prudentiæ tuæ significamus, quod consuetudo illa, vt pote institutioni ecclesiasticæ inimica, & detestabilis est & penitus improbanda: & nisi multitudo & antiqua terræ consuetudo esset in causa, taliter ordinati non deberent pro merito in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinati deponerentur: & ordinantes auctoritate ordinandi priuarentur.

Pars cap.  
supra de  
potestate  
judicium.  
Intellexi-  
mus.

CAP. XXV.

*Idem eidem episcopo in eadem epistola.*

De hoc autem quod quæsisti, an liceat extra ieiunia quatuor temporum aliquos in ostiarios, lectors, exorcistas, vel acolytos promouere, aut etiam subdiaconos facere, prudentiæ tuae taliter respondemus, quod licitum est episcopis, dominicis diebus, & aliis festiuis diebus, vnum aut duos ad minores ordines promouere. Sed ad subdiaconatum, nisi in quatuor temporibus, aut in sabbato sancto, & in sabbato ante dominicam de passione, nulli episcoporum, præterquam Romano pontifici, licet aliquos ordinare.

CAP. XXVI. *Idem.*

Quia quidam clerci desperantes ab episcopis suis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel nativitatis conditionem, aut tituli defecatum, aut minorem ætatem, extra prouinciam suam interdum in transmarinis partibus ordinantur, vel ordinatos se esse mentiuntur, ignota suis episcopis sigilla deferentes: statuimus talem ordinationem irritam esse habendam, sub interminatione anathematis inhibentes, ne a quoquam episcopo ad sui officii executionem admittantur. Episcopus vero nostræ iurisdictionis, qui tales sciens ordinauerit vel suscepit, ab illius ordinis executione ad quem eum ordinauerit vel suscepit, vsque ad condignam satisfactionem se nouerit suspensum.